



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

XXIX. Stadt Teltow.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

XXIX.

Stadt Teltow.

- I. Markgraf Otto erteilt der Stadt und den Einwohnern Teltow's gleiche Rechte, wie den Städten Brandenburg, Berlin und Spandow, am 6. April 1265.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Nos Otto, dei gracia brandenburgensis marchio, omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripti memoria perennari. Eapropter notum facimus, tam presentibus quam presencium successoribus vniuersis Christi fidelibus, quod ciuitatem nostram Teltowe tali decorauimus libertate ad profectum vniuersorum inhabitancium, ut in eodem iure persistant, quod In-nighe vulgariter appellatur, et in aliis iuribus, sicut ciuitates nostre Brandenburg, Berlinum et Spandowe nostris sunt priuilegiis decorate. Vt igitur nostra libertas dicte ciuitati et burgen-sibus liberaliter erigatur*) absque omni ambiguitate et impulsu aliquo alio friuolo uel maligno, rata et grata futuris temporibus perseneret, presentes nostras literas eidem ciuitati in euidens testimonium et robur validum duximus erogandas. Testes huius sunt: Arnoldus de Bredowe, Albertus de Grobe, Theodoricus de Reniek, Henningus de Grobene, Theodoricus de Bornem, Woltherus, Bartolomeus et alii complures clerici et laici. Datum per manum Johannis nostri notarii, Anno domini Millesimo CC^o. LXV^o, secunda feria pasche, Indictione octaua.

Hanc presentem copiam, cum suo vero originale, de uerbo ad uerbum correspondere, Ego Johannes Angelus, Brandenburgensis marchio, Sacra Imperiali potestate publicus Notarius, hac mea manu propria et solito signo contestor et in fidem subscripsi, Ad hec legitime requisitus.

Johannes Angelus.

Aus der notariellen vidimirten Copie im Geh. Staats-Archive.

*) Statt erigatur stand im Originale wahrscheinlich erogata.

II. Die Markgrafen Otto und Albert vereignen den Bürgern Teltow's alles Holz in ihren Waldungen bei Teltow, am 7. Juli 1273.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Nos Otto et Albertus, dei gracia marchiones brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Propter labilem hominum memoriam necesse est, quod ea, que apud homines perpetua debent esse, scriptis autenticis confirmetur, vt testium voce literarumque testimonio robur obtineant perpetue firmitatis. Hinc est, quod notum facimus vniuersis, tam presentis temporis, quam futuri, tenore presentium protestantes, quod nostram totalitatem lignorum, sitorum ciuitatem nostram Teltowe, eiusdem ciuitatis Burgensibus damus proprietatis titulo in perpetuum possidendam. Vt autem predicta per nos et per succedentes nobis nostros heredes in perpetuum inuiolabiliter obseruentur, prefens scriptum ex certa nostra consciencia sigillorum nostrorum appensione facimus roboratum. Testes huius rei sunt nostri milites: dominus Johannes de Lindowe, dominus Henricus de Bredowe, dominus H. de Groben, filius domini A. de Groben, Datum Spandowe, anno domini M^o. CC^o. LXXIII, III nonas Julii.

Ego Johannes Angelus etc.

Aus der vidimirten Copie im Geh. Staats-Archive, welche stellenweise nicht mehr lesbar ist.

III. Markgraf Hermann bezeugt, daß der Bischof und das Kapitel zu Brandenburg für ihn zur Auslösung des Schlosses Ziesar 300 Mark Silber gezahlt haben und verspricht ihnen dafür die Ueberlassung der Stadt Teltow mit dazu gehörigen Dörfern für den Fall seines kinderlosen Absterbens, am 11. April 1299.

Hermannus, dei gracia Brandenburgensis marchio et comes de Henneberg, Omnibus christi fidelibus presentem literam inspecturis seu auditoris salutem in omnium saluatore. Cum mater Erroris obliuio in Rebus gestis confusionem paret et inducat, expedit acta presentium sigillatis apicibus eternari. Hinc est, quod tenore presentium Recognoscimus publice protestantes, quod venerabilis pater et dominus Volradus, Brandenburgensis Ecclesie episcopus et Capitulum eiusdem Ecclesie, pro redemptione Castri in Segesere pro nobis Hinrico et Frederico fratribus de Aluensleue, nostris fidelibus dilectis, soluerunt et exposuerunt Trecentas marcas Brandenburg. argenti. Nos vero in restaurum et recompensam dictarum marcarum et ob remedium animarum progenitorum nostrorum et nostre Donamus et liberaliter assignamus eidem domino Episcopo et suis successoribus et Capitalo eiusdem Ecclesie Brandenburgensis, Si nos sine filio legitimo et herede discedere contigerit, Ciuitatem Teltow cum villis infra scriptis uidelicet Ghifelbrechtstorp, Hinrichstorp, Rueuelstorp, Stanstorp, Schonow, Slaucum Stanstorp et Slaucum Stolp, Ragnis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, pratis, pascuis, terris cultis et incultis, prout suis terminis distingantur cum omni iure et proprietate, sicut nos et nostri progenitores possedimus pacifice et quiete. Insuper omnia bona et omnes decime, quas ab Ecclesia tenemus Brandenburgensi, que in ipsorum priuilegiis plenius continentur, Si nos absque he-

rede discedere contigerit, ad dictam ecclesiam Brandenburgensem libere reuertentur impedimento quolibet relegato. Si vero gracia diuina disponente filium habuerimus et heredem, dictas Trecentas marcas prefato domino Episcopo et Capitulo Brandenburg. infra tres annos sine dubio et atque omni obstaculo refundemus, jta quod primo anno Centum, secundo Centum, tertio anno centum marcas integraliter perfoluemus, vel pro singulis Centum marcis decem frusta duri frumenti uel Decem talentorum redditus assignabimus eidem cum omni jure et proprietate in loco oportuno, vbi visum fuerit eidem convenire, liberaliter et solute. In cuius Rei euidentis testimonium presentem litteram de dicta nostra sciencia conscriptam iussimus communiri. Testes hujus sunt: Dominus Johannes prepositus et Johannes cellerarius Ecclesie Brandenburgensis, Hinricus de Aluensleue, Bernardus de Plozk, Johannes de Gatersleue, Stormerus pincerna et alii nostri milites fide digni. Actum et datum Zpandow, Anno domini Milefimo Ducentesimo nonagesimo nono, III^o. Idus Aprillis, jn vigilia palmarum.

Sibicin's Beitr. IV, 4. — Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

IV. Der Römische König Albert bestätigt das zwischen dem Bischofe von Brandenburg und dem Markgrafen Hermann getroffene Abkommen wegen der Stadt Teltow, am 11. August 1299.

Albertus, dei gracia Romanorum Rex, semper Augustus, vniuersis Sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Serenitatem decet Regiam principum suorum vota sereno vultu respicere ac ipsorum piis petitionibus tam benignum prebere consensum, quod eorum sincera fidelitas seu fidelis sinceritas prompiori studio ad cuncta, que honoris sunt Imperii, seruencioribus animis se disponant. Hinc est, quod nosse volumus vniuersos, tam presentis etatis quam future, quod nos sinceri fauoris beniuolencia volentes venerabilis Volradi, Brandenburgensis Episcopi, principis nostri dilecti, in hiis que ipse et Ecclesie sue commoditatis augmentum respiciunt et honoris, beneplacitis placidius complacere, collacioni seu donacioni facte eidem sueque Ecclesie de opido Teltowe cum Septem villis eidem coadiunctis seu adiacentibus per Illustrem Hermannum marchionem de Brandenburg, principem et filium nostrum karissimum, jta si ipsum sine heredibus legitimis contingat discedere ab hac vita, si vero heredes habuerit, jdem opidum et villas dictus Marchio pro trecentis Marcis Brandenburgensis argenti redimet ab Ecclesia memorata, prout in ipsius litteris super hoc traditis expressius est expressum, Consensum nostrum et assensum beniuolum liberaliter impertimur, ipsam collacionem et proprietatis donacionem in omnibus et singulis suis articulis approbantes et de plenitudine Maiestatis Regie confirmantes. In cuius approbacionis et confirmacionis nostre euidentis testimonium et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostro Sigillo iussimus communiri. Datum in Ezzeligen III^o. Idus Augusti, Anno domini M^o.CC. nonagesimo nono, Indictione XII^{mo}. Regni nostri anno primo.

Sibicin's Beitr. IV, 7. Das Original befindet sich im Staats-Archiv.

V. Die Kalands-Brüderschaft in Teltow tritt dem Domcapitel in Brandenburg das Patronatrecht und die Einkünfte eines Altars in der Marienkirche zu Berlin ab, im Jahre 1300.

Arnoldus de Wilmerstorp, decanus Jacobus de Cziten, camerarius, Necnon fratres kalendarum in Teltow, Brandenburg. Dyocesis, Vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris hanc literam inspecturis seu auditoris Cupimus fore notum, Quod cum per pestilencias, gweras, incendia, spolia et hostium incurfus possessiones et alia bona ad mensam Religiosorum virorum prepositi et capituli ecclesie Brandenburgensis spectantes et spectancia suis redditibus ceterisque prouentibus nimium sunt extenuata, prout eciam incessanter veraciter extenuantur, quod ipsi prepositus et canonici eiusdem ecclesie Brandenburgensis nequeant ibidem in necessarijs prouideri et alias absque penuria sustentari in diuini cultus in ipsa ecclesia non modicum detrimentum. Ne igitur diuinus cultus ibidem prolabatur sed uberius et salubrius seruetur et peragatur, decet rerum ad diuinum cultum spectantium ita curam gerere, vt earum utilitas persistat et status ipsarum conseruetur, habitis super hiis inter nos et cum nonnullis quorum interest vel poterat quomodolibet interesse tractatibus sollempnibus et communibus ac deliberatione diligenti dictorum prepositi et canonicorum necessitate notoria exigente, ad honorem beatorum Petri et Pauli apostolorum dicte Brandenburgensis ecclesie patronorum et ad diuinum cultum in dicta ecclesia Brandenburg. seruandum et augendum et vt nos, nostri predecessores atque successores missarum, vigiliarum, diuinorum, offertoriorum, oracionum et aliorum honorum operum in eadem ecclesia per canonicos inibi degentes peragendorum participes efficiamur, ius patronatus altaris siti in ecclesia parochiali beate Marie virginis in Berlin dicte Brandenburg. dyocesis in honore beati Nicolai episcopi et confessoris consecrati, quod ad nos dinoscitur pertinere, et ipsum altare cum omnibus suis fructibus, redditibus, prouentibus, utilitatibus, iuribus et pertinencijs, singulis et vniuersis, vniformiter concedimus, damus et donamus donatione sollempni et quantum in nobis est, transferimus irreuocabiliter literas per presentes ad mensam dictorum prepositi, canonicorum et capituli in eorum augmentum alimentorum et necessariorum perpetuis temporibus deinceps pleno iure spectandum, habendum et in vsus ipsorum et ipsius mensae, prout eis visum fuerit expedire, conuertendum, Dantes et concedentes plenam, liberam et meram potestatem nostram reuerendis in christo patribus et dominis nostris episcopis Brandenburgensis ecclesie, qui pro tempore fuerint, quod predictum altare cum omnibus et singulis premissis vnire et annectere dictis preposito, canonicis, capitulo et mensae possint et valeant Ita, quod ipsius altaris nunc rectori ad eius vitam nullum per hoc prejudicium generetur; Ipso vero rectore defuncto per vnum de fratribus nostris kalendarum per prepositum dicte ecclesie ad hoc pro tempore deputandum, in diuinis deinceps salubriter deserviat. Renunciantes igitur in presenti litera simpliciter pro nobis et successoribus nostris ex nunc et in perpetuum iuri patronatus ipsius altaris et ipsi altari ac omnibus et singulis premissis et que in premissis omnibus et singulis hactenus dinoscimur habuisse et possent competere quomodolibet in futurum. In euident testimonium omnium et singulorum premissorum sigillum nostrorum Arnoldi de Wilmerstorp decani, Jacobi de Cziten camerarii ac fratrum kalendarum in Teltow predictorum presentibus duximus appendendum. Datum in opido Teltow, anno domini M. C. C. C.

Nach dem Original im Brandenburger Stifts-Archive.

VI. Markgraf Hermann vereignet der Stadt Teltow das Hebungsrecht des Wertzinses,
am 15. August 1306.

In nomine et indiuidue trinitatis — Nos — Hermannus, dei gracia marchio Brandenburgensis et Lusacie et dominus de Hinnenberch, ad presencium cognicionem et successorum memoriam recognoscimus, per huius scripti continenciam declarantes, Quod subditorum nostrorum utilitati semper insistere cupientes, censum hereditarium, qui in layco Wertzins sonat, quem a nobis empcione rationabili compararunt, ciuitati nostre Teltow, in subsidium pauperumque illorum in ea morancium subleuamen, absque omni seruicio aut alterius cuiuscunque exigencie no- cumento libere contulimus a nobis et nostris successoribus in perpetuum possidendum. Addentes nihilominus et uolentes, quatenus dicte ciuitatis consules, vna cum prefecto, per annos singulos circumeant, pretacte exactionis denarios ab hereditatibus vniuersis secundum omnem iuris exigenciam colligendo, attamen duabus Henning Snetelinch hereditatibus, quas nunc habet, liberis et exemptis, quas ab huius census colleccione, quamdiu sub sua tenentur possessione et non amplius, immunes esse volumus et solutas. Super cuius proprietatis collacione a nobis facta rationabiliter necnon rite, quam semper inuiolabiliter ratam volumus obseruari, vt non solum presentibus, verum eciam subsequens euidencius cognita perseueret, presentem cedulam ciuitati prefate fecimus presentari, nostri sigilli robore communitam. Presentibus viris laudabilibus atque dignis videlicet: domino Bernardo de Plozzich, domino Drosfekino, nostro dapifero, et domino Borchardo Gruelhud, nostro Aduocato, domino Henzokino de Grobene, domino Zabello de Bornem et domino Martino, plebano in Teltow, et aliis quam pluribus fidedignis, qui de omnibus supra scriptis laudabile poterint testimonium perhibere. Actum et datum Spandow, anno domini M^o CCC^o sexto, XVIII kalend. Septembris, in die assumptionis virginis gloriose.

(Bidimation wie bei No. I.)

Aus einer vidimirten Copie im Ges. Staats-Archive.

VII. Bischof Friederich von Brandenburg bestätigt die von Markgraf Hermann und seinen
Vorgängern der Stadt Teltow verliehenen Privilegien und Rechte,
am 1. Juni 1311.

Nos Fridericus, dei et apostolice sedis gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, civitati nostre fidei Teltow salutem in domino. Quoniam in literis super donacione et proprietate ciuitatis Teltow et proximarum villarum, per magnificum principem dominum Hermannum, pie memorie, marchionem Brandenburgensem, nostro capitulo Brandenburgensi in anno superioris seculi antepenultimo facta, liberaliter vobis constat reseruatum, vt communioni vestre ante per benignitatem predicti domini marchionis suorumque piorum predecessorum data et concessa bona, beneficia et iura porro conseruari et confirmari a nobis et nostris successoribus debeant. Nos autem commoti preterea fidelitate et constancia, quam per experienciam superiori anno nobis per vos comprobauimus exhibitam, ratificamus, collaudamus et confirmamus vniuersas et singulas pro-

prietates, gracias, iura et consuetudines, in literis infrascriptis et per nos approbatis contentas. Ut autem ea, que per nos ratificata et confirmata sunt, a nemine calumniari queant vel infringi, presentes literas conscribi et nostro ac prenotati nostri capituli sigillis fecimus roborari. Actum et datum in Teltow, anno domini millesimo tricentesimo decimo primo, Kal. Junii.

Aus einer handschriftlichen Chronik der Stadt Teltow von Fidiu mitgetheilt, auch in v. d. Hagen Beschreibung der Stadt Teltow (Berl. 1767) S. 43 abgedruckt.

VIII. Bischof Friederich von Brandenburg befehlt den Hofmeister des Markgrafen Woldemar, Erhard von Beeren, mit einem freien Hofe zu Teltow, welchen Joh. Stroband besessen hatte, am 25. Januar 1314.

Nos Fridericus, dei et apostolice sedis gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, omnibus, ad quos presentes litere peruenerint, salutem in domino et omne bonum. Cognitis et consideratis sincera fidelitate et meritis nobis et capitulo nostro per strenuum et discretum virum Erhardum de Berne, curie domini Woldemari marchionis magistrum, iam exhibitis et adhuc exhibendis, eidem Erhardo suisque veris et legitimis heredibus contulimus et presentibus conferimus curiam Joannis Stroband, aduocati nostri, bone recordacionis, in Teltow sitam possidendam cum quatuor mansis, et appropriamus cum omni fructu, iure, libertate et commodo, adeo quiete et libere, quod nec prenotatus de Berne, nec ipsius heredes nobis vel nostro capitulo ex hac curia ad seruicium quoddam obnoxii sunt, Reseruantes tamen, quod hec curia ejusdemque iudicium a nostra sede episcopali dependeat, iure quidem pheodali, adeoque nobis vel capitulo nostro pro quavis eius collacione soluantur quatuor sexaginta denariorum. Ne vero hec pagina ab aliquo valeat in dubium vocari, eandem duobus sigillis, nostro videlicet et ecclesie nostre Brandenburgensis ad totius firmitatis testimonium fecimus roborari. Actum et datum in Berlin, anno domini millesimo tricentesimo decimo quarto, ipse die Sti. Pauli apostoli.

Aus einer handschriftlichen Chronik der Stadt Teltow von Fidiu mitgetheilt, auch in v. d. Hagen Beschreibung der Stadt Teltow S. 44 abgedruckt — eine nicht unverdächtige Urkunde.

IX. Markgraf Johann befehlt die Holzzungung, welche den Bürgern zu Teltow in der Nutha-Seide zugestanden ist, auf die Befugniß aus, das Holz im Walde gleich zu behauen und zu köpfen, auch zu Zäunen dem Walde Eschen bis zur Stärke eines Armes zu entnehmen, am 24. Januar 1317.

Nos Johannes, dei gracia brandenburgensis et Lusacie marchio, presencium signacione literarum protestamur euidenter, Quod prouidis nostris ciuibus, presentibus et futuris ciuitatis Teltow supra gracionem et libertatem, quam in vsu lignorum memoris dicti Nutha dinoscuntur habuisse, supra addimus, quod arbores et singula, que refecauerint ligneta in palude supradicta, cir-

cumputare et circum detruncare poterint in palude vel extra, pro ipforum refecancium placito voluntatis. Antedicti etiam ciues ad componendum sepes de nostra gracia liberi refecabunt de lignis Eßchin nominatis, eciamsi ad quantitatem brachii virgulas seu virgultas pro sepibus fecarunt constituendis absque omni timore et vara omnique incurfu grauaminis postposito, licencia et effectu presentis priuilegii id facient et securi quoad hoc permaneant ex nunc et in eum. Vt autem presens gracia duret eterna, presentem literam dedimus nostri imagine communitam, sub testimonio Buffonis Gruwelhut et Buffonis Milow, militum nostrorum, et domini Slothekini, nostri dapiferi, et domini Johannis, nostri prothonotarii, cum aliis fide dignis. Actum et datum Spandow, Anno domini M^o. CCC^o. XVII^o., in vigilia conuersionis sancti Pauli apostoli.

(Vidimation wie bei No. I.)

Aus der vidimirten Copie des Geh. Staats-Archives.

X. Markgraf Ludwig belehnt den Matthias von Beeren, Vogt zu Teltow, und dessen Bruder, den Knappen Otto von Beeren, mit den Dörfern Groß- und Klein-Beeren und allem Zubehör, am 3. Januar 1344.

Nos Ludowicus, dei gracia marchio Brandenburgensis, omnibus has literas visuris et lecturis gracam; et notum sit, Quod contulimus ac per presentes conferimus discretis viris Matthe, aduocato in Teltow, et Ottoni, famulo nostro, dilectis de Berne, Erhardi, bone recordacionis, filii, fidelibus nostris dilectis ipforumque veris ac legitimis heredibus iusti pheodi titulo, villas dictas groz et klyn Berne in Teltow sitas, cum omni vtilitate, commodo, iure, gracia et libertate, ad has vel debito vel iure pertinentibus, cum agris, pascuis, pratis, lignis, censu, decima minuta, iure patronatus ecclesiarum, superiori et inferiori iudicio, iure venacionis et taberne, cum precaria denariorum et frumenti, atque quolibet dextrarii et curruum seruicio, quiete et pacifice, sine omni inquietacione, eo modo et condicione, quibus predictus Erhardus eiusque maiores tenuerunt et possidere potuerunt aut debuerunt, habendas et possidendas. Pro quarum collacione nobis prenotati fratres de Berne in VIII marcis argenti Brandenburgensis integraliter satisfecerunt. In cuius rei et facto testimonium has literas conscribi et sigillo nostro maiori feci insigniri. Actum in Steindal. Testes sunt: Conradus de Deck, Guntherus comes de Swartzborg, miles Johannes de Buch, Haffo de Wedel senior, Arnoldus et Jan, Henkini filii de Groben, nostri famuli. Datum in Berlin, anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo III^o., Sabbato post circumcissionem eiusdem.

Aus einer handschriftlichen Chronik der Stadt Teltow von Hedin mitgetheilt, jedoch nicht unverdächtig.

XI. Markgraf Ludwig vereignet dem Kaland zu Teltow 4 Hufen Landes der Stadtfeldmark,
am 6. Dezember 1347.

Appropriatio fratribus Kalendarum in Teltowe sub eadem forma super III mansos in opidi
Teltowe meis sitos. Datum per omnia et testes ut proxime supra.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staats-Archives. — Die zuletzt vorhergehende Urkunde ist eine Vereignung für den
Kaland in Bernau Datum Berlyn, anno XLVII^o, die sancti Nycolai.

XII. Markgraf Ludwig nimmt die Stadt Teltow in seinen besondern Schutz,
am 24. Juli 1351.

Ludouicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, sacri Romani Imperii archicamerarius, comes palatinus Rheni, Buarie et Karinthie dux etc. — Vniuersis et singulis officariis, capitaneis, aduocatis aut aliis quibuscunque fidelibus suis dilectis presenciam visuris, gratiam suam et omne bonum. Noueritis, quod oppidanos in oppido Teltow commorantes, in nostram tuicionem recepimus singularem, vnde vobis pariter et cuilibet diuisim, firmiter injungimus, nostre graciae sub obtentu, quatenus prefatos oppidanos nostri nomine foueatis et gubernatis non permittentis, ne aliquis ipsis in rebus ac personis suis dampna inferat, nec ipsos presumat aliquo modo molestare, quia quicumque tuicionem violarent, hi nostram ingratitudinem se grauiter nouerint incururos. Datum in ciuitate nostra Belitz, anno domini M^o CCC^o L^o primo, in vigilia beati Jacobi apostoli.

(Vidimation wie bei No. I.)

Nach der notariellen Copie im Geh. Staats-Archive.

XIII. Bischof Dietrich von Brandenburg untersagt seinen Präysten und Officialen,
die ohnehin durch Brand, Raub und allerlei Verwüstungen schwer heimgesuchte Stadt Teltow
mit Abgaben und Aufträgen zu bedrücken, am 17. November 1363.

Thidericus, dei gracia Episcopus ecclesie Brandenburgensis, vniuersis et singulis officialibus nostre dioecesis Salutem in domino. Cum canonica hoc doceat institutio, sollerter nostros subditos more pii patris debere gubernare et afflictis compati, gemitus quam plurimi oppidanorum nostri opidi Teltow nostram auditionem pulsarunt ex eo et pro eo, quod incendijs, spolijs ac diuersis deuastacionibus, quibus anxiati, officiales nostri prepositi et eorum officiales, hoc non attendentes, ipsos sepissime summis exaccionibus astringunt, interdum citacionibus afficiunt, plurimis

malis hijs oppidanis incontatis ex hijs fecutis. Quamquam igitur afflictis non fit addenda afflictio, sed ipsis potius miserendum, Volentes hos incontatos oppidanos, damus vobis omnibus et singulis sub debito obediencie in mandatis, quatenus in antea nullus vestrum coniunctim uel diuisim iudicialiter quidquam contra eosdem oppidanos attemptet quoquomodo, nobis namque et nostro officiali principali iurisdictionem super eos in presentibus referuamus. Volumus enim hanc paginam a prepositis et officialibus inuiolabiliter obseruari. Reuocamus eciam per presentes omnes commiffiones, si que contra eosdem facte sunt oppidanos. Inhibentes ne de cetero ab aliquo vestrum concedantur, cum principale non valet ac contrarium eciam firmitate carebit. Datum anno domini M^o CCC^o LX^o tercio, decima septima die mensis Nouembris.

Aus dem Transsumte des Bischofes Stephan von Brandenburg vom J. 1422.

XIV. Markgraf Otto bestätigt der Stadt Teltow ältere Privilegien,
am 6. Januar 1367.

Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio etc. Recognoscimus, nos litteras et privilegia illustrium principum Johannis et Woldemari quondam Marchionum Brandenburgensium vnus tenoris vidisse et audiuisse sigillis eorum sigillata in hec verba (folgt die Urkunde Johannis vom 24. Januar 1317 No. IX) quas quidem litteras et privilegia ex certa scientia ratificamus, approbamus et tenore presentium confirmamus. — In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro fecimus communiri presentibus nobilibus Henrico de Swarzeborch Domino in Arnstete, Henrico domino in Kothbutz ac strenuis Johanne de Rochow, Hermanno de Volkow, militibus, ac Kuntzkone de Slywen nostre curie Magistro ac pluribus aliis. Datum Berlin, Anno domini M^o CCC^o LXVII^o, feria secunda infra octauas epiphaniæ.

Aus vidimierter Copie des Geh. Staats-Archives.

XV. Markgraf Otto vereignet vier Hufen Landes im Teltower Stadtfelde dem Altar
des heil. Kreuzes in der Nicolaskirche zu Berlin, am 28. Juli 1367.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, Quod nos Otto, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Sacri Rom. imperii Archicamerarius, Comes Palatinus, Rheni et Bauarie Dux, ob honorem et reuerentiam Dei omnipotentis gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium Sanctorum, nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam et etiam ad instantem requisitionem discreti viri Wilkini Rote, fidelis nostri dilecti, cuius in Berlyn, appropriauimus, et presentibus appropriamus quatuor mansos, sitos in opido et in districtu opidi Teltowe, quorum mansorum Hennungus Segenest duos colit, soluentes annuatim decem et octo modios filiginis et totidem auene et quatuor solidos denar. Brandenburgensium, Ger-

hardus Vochs unum mansum colit, soluentem annuatim IX modios filiginis et totidem aëne et duos solidos denarior. Brandenb. et Hennynsus Krone unum mansum colit, soluentem annuatim VI modios filiginis et duos solidos denariorum Brand., ad altare situm in ecclesia S. Nicolai in Berlyn, consecratum in honorem S. Crucis, perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo pertinendos, sic quod ipse Altarista predicti altaris, qui pro tempore fuerit, predictos redditus percipere debeat absque omni impedimento libere, pacifice et perpetue possidere. Renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in dictis redditibus competere poterit in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Presentibus nobili viro Günthero, Comite in Swartzburg, Domino in Arnstete, Friderico Comite de Orlamund, strenuisque viris Petro de Trutenberg et Hermanno de Hermanstein, camere nostre magistro, militibus, et Conrado de Slyuen, curie nostre magistro, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Berlyn, anno domini M^o. CCC^o. LX. septimo, feria quinta ante diem S. Jacobi apostoli.

Original im Geh. Staats-Archiv. — Von der Hagen Besch. S. 43.

XVI. Heynick von der Gröben erkennt das Holzungsrecht der Bürger zu Teltow in der Nuthscheide an und vergleicht sich mit den Bürgern über die Ausübung desselben, am 10. Januar 1370.

Ick Heynick von der Gröben tu Buthen Bekenne medeme iegenwarden Bryue, datt dy schelinge, dy wentu ifs geweest twische myme Vader Henzen, deme god genadich sy, vnd den Borghern von Teltow, ume das holt vnde das holhauen in deme holte vnd in dem Bruke der Nuth, myt myr gentzlick entrichtet ifs, in desser wise: Sy scholen vnd mogen houwen, körtten, seygen vnde furen Somer vnde winter, vth vnd jn der vorprokene Nuthen allerleye holt, sunder Eyken vnde Eschen, doch so mogen sy Eschen, dat nicht dicker sy, wen ein Arm, houwen vnde vüren, tu ören tünen, na der olden heren der Markgreuen vnd Markgreuen Otten, dy noch leuet, von Brandenburg, briue, dy sy darouer hebben, sunder allerleye Var vnde hinder mynes, myner ernamen vnde Nakomelinge, dat holt vnde dat Bruke all vt, vnde dar nicht vthgethogen, sunder von Jütkendorp wente an Wenschen Buten vnde darbouen, soferne es myne ys, vnder den Hegeberch, dar des Hufes tu Buten gehege ifs, vnde den Drewitz vnde alle gehölte, dat ick vnd myne olderen von deme gadeshufe von Lenyn hebben vnde gehat hebben. Tu tughe desser berychtunghe, so hefft hirover de dynghe geweest vor myne hern Bischoffe Dydericke von Brandenburg, Hennyns von der Groben, myn vedder, Borchart vnde Wilhelm von der Lype, vögte vp den Teltow, vnde vele ander bederue lude, deme wol tu louende steyt. Vnde dattu so hebbe ick myn jngesegel an desme Bryue gehangen, dy gegeuen tu Teltow, na gades hort druttein hundert jhar, darna in deme souentichsten, des myddeweken na den Ouersten.

(Vidimation des Notars Sebastianus Brunne mann.)

Nach der notariellen Copie des Geh. Staats-Archives.

XVII. Albert von Beeren, Dechant, und Elisabeth Schönow, Domina des Kalands in Teltow, befunden eine dieser Stiftung gemachte Schenkung in Teltow und Klein-Beeren, im Jahre 1400.

Nos Albertus de Berne, deo et ecclesie Brandenburgensis preposito et capitulo faventibus dechanus kalendarum fraternitatis in Teltow, et Elisabeth de Schoenow, kalendarum domina ibidem, hac pagina contestamur, quod discretis et honestis viris ac feminis kalendarum fratribus et fororibus devotis presentibus et futuris libera donatione et voluntate dedimus et appropriavimus, damus etiam et donantes solvimus jam presente devota universitate, sex sexaginta denariorum Brandenburgensium, et appropriamus in posterum, quod vixerimus, ex nostra curia in Teltow sita et ex villa Klyn Berne dicta duo frusta annuorum reddituum, videlicet unum chorum filiginis, viginti pullos et quatuor anseres obtinendos, qui redditus quotannis pridie kalendarum Novembris per procuratorem et notarium tollendi et percipiendi, kalendis autem ejusdem mensis ad devotam universitatem refocillandum et pauperes reficiendum infumendi decernuntur. In cujus donationis firmitatem hanc paginam nos una cum fratribus germanis propria manu subsignavimus. Testes sunt D. Paulus, legat. episc. et cappituli Brandenburgensis, Georgius Schwanebegk de Lichterfelde, Friede Britzke de Rühlsdorff, Henricus Hagke de Machnow, dom. Godescalcus parochus in Teltow, Stephanus Texter, plebanus Rühlsdorff, Ambrosius Haverlang, plebanus de Giesemersdorff cum ceteris kalendarum fratribus. Actum ut supra.

Albertus de Berne, Dechanus.

Fridericus de Berne,

Mathie filius.

David Kykebusch, Consul et procurator.

Jacobus Kykebusch, Notarius.

Elisabeth de Schoenow.

Mauritius de Schönow,

Joannis filius.

Aus von der Hagen's Beschreibung S. 46. 47. — eine mehr als verdächtige Urkunde.

XVIII. Bischof Stephan von Brandenburg bestätigt der Stadt Teltow eine Urkunde seines Vorgängers Dieterich, am 21. Oktober 1422.

Stephanus, misericordie divina Episcopus Brandenburgensis, Vniuersis et singulis prelatibus eorumque officialibus per et infra nostram dioecesim vbilibet constitutis Salutem in domino sempiternam. In presentia nostra constituti fideles nostri dilecti proconsules, Consules et communitas opidi nostri Teltow nobis quasdam litteras bone memorie Theoderici predecessoris nostri humiliter obtulerunt, petentes eas per nos auctoritate nostra confirmari. Nos igitur petitionem ipsorum rationi consonam attendentes ac ipsorum precibus graciose inclinati hujusmodi litteras, quarum tenor de verbo ad verbum subinfertur, ratificamus etc. (folgt die Urkunde No. XIII.) Has vero litteras

dedimus in dicto opido nostro Teltow, Anno domini M^o CCCC^o vigesimo secundo, ipsa die decem milium militum martyrum, nostro sub appenso sigillo.

(Vidimation des Notars Sebastianus Brunnemann.)

Aus der vidimirten Copie des Geh. Staats-Archives.

XIX. Markgraf Johann erlaubt dem Bürger Friedrich Nabel zu Berlin, aus der Teltow'schen Heide Brennholz und Stabholz zu holen, am 23. Juni 1431.

Wir Johans, von gots gnaden Marggraue czu Brandenburg vnd Burggraue czu Nuremberg etc., Bekennen —, das wir vmmb getrewer dinste willen vnd von besunder bete vnd gnaden wegen, die wir czu vnsern lieben getrewen fridrichen Nabel, purger czu Berlin, haben, hirmmb haben wir Im gegonnet vnd geben, das er In vnsern holzen auff der Teltow'schen heiden fouil prennholz vnd stabelholz, als er czu seiner notturft bedarff, hawen vnd wegfuren mag, als oft vnd dicke Im des not geschicht, vngehindert fur vnser heygemeyster vnd allermeniglich, doch mit folchem vnterscheide, wenn vnd auff welch czyt wir oder vnser erben solch obgeschriben genade vnd gabe widerrueffen, So sol dießer vnser brieff machtloz sein vnd furder kein krafft noch macht haben. Czu vrkund mit vnserm anhangenden Insigel uersigelt vnd Geben czu Spandow, an sant Johans Baptisten abund, nach Cristli vnserz herren geburte vierczehnhundert iar vnd darnach In den Einvdreißigsten iaren.

Nach dem Churmärk. Lehnscopialbuche XVI, 57.

XX. Stiftung Gottliebe's von Zierhen, Gattin Johann's von Beeren, für die Pfarrkirche in Teltow, vom 25. April 1440.

To wissen allermenniglich, und to allen Tyden. Als de Edle vnd tugfame Frowe Gottliebe von Zytten, des veltten vnd Edlen Ern Johann von Berne trowe Husfrowe, het eres Gemüts betracht vnd angefehen de schwere vnd gefehrliken lauten diser Tyten vnd mancherley Unrechtfertigkeit, de in dem Lande syn vnd sich von dage to dage meeren. Darumb Godde dem allmächtigen to Eeren, der H. Junckfrowe Marien to Lobe vnd to bidden ane Underlaat umb Wegladunge aller not vnd Dranckfeligkeit, ock to bidden vnd to beedene vmb alles deylikke wol to allen Stunden; So hat desfe ewen gedachte Frowe Gottliebe von Zytene von eygenen bewegen vnd mit Geinwilligunge eeres Eemans, Ern Johann von Berne XL Scokk Gr. Brandenburgisch an de Sant Andrews Kerkke in Teltow besceidet vnd ock hyten dages geuen vnd getaalet, damit ut geficherten Vergunsten vnser knaedigen Ern Bischowen Stephani von Brandenburg den nechgisten Sondag Rogate alhier in der Kerken verkündiget werde, dat alle dage um Vespertyt drymal an de Bede Klocke gefclagen werden scolle, vn dat alle Lyde, olle vnd kingere, alsdenn to dem allmechtigen Godt andechtigk syzene vnd beeden vnd ock der H. Jungfrowen

Marien sculdige Eere und lobe bringen mügen vnd scollen, so als de Andacht gewen wirt. Det to meerern bethügnisse vnd ock ewigk also to holdene hebben de würdig Ern Cunradus, Pfarrherr vnd Vörfstendere der Kerken, vor sich vnd ere Nachkomelinge mit disen Bref gelowet, vnd by eere Namenscrift mit den Kerkenfigell bekräftiget. Dit is keschehen vnd gewen in Teltow, na Godes Gebort Dufent Veerhundert vnd in dem Verzigesten Jar, am Montag vor Rogate.

(L. S.) Cunradus, Parochus, m. m.

Miggel Ebel.

Frans Busse.

Ernestus Falck,

Notarius.

Aus v. d. Hagen's Beschr. v. Teltow S. 45. 46.

Anm. Die Urkunde ist wohl in dieser der Zeit unangemessenen Form nicht echt; doch mögen richtige Notizen dieser Abfassung zu Grunde liegen.

XXI. Bischof Stephan von Brandenburg ertheilt zu einer Stiftung Johann's von Beeren aus Teltow in der Petri-Kirche zu Cöln seine Genehmigung und einen Ablass, am 7. Juni 1440.

